



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Gregorivs IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Officio Sanctissimæ Inquisitionis.

3

Incipiunt capitula contra Patarenos edita.

EXCOMMUNICAMVS & anathematizamus vnuerfos hæreticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscumque nominibus censeantur; facies quidem habentes diuersas, sed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum. Dammati vero per ecclesiam seculari iudicio relinquuntur, animaduersione debita puniendi; clericis prius à suis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi, redire voluerint, ad agenda condignam pœnitentiam in perpetuū carcerē detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus. Item receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationis sententiæ decernimus subiicere: firmiter statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, à sua super hoc non curauerit præsumptione cessare, ipso iure sit factus infamis; nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admitatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti habeat factionem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocumque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Qui si forte iudex euerit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causa alique ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecti per ipsum, nullius penitus sint monumenti, & in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio, & beneficio deponatur. Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint, excommunicationis sententia percellantur, alijs animaduersione debita puniendi. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ propriam innocentiam, congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quod si per annum in excommunicatione perstiterint, extunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes, & appellationes huiusmodi personarum minime audiantur. Item iudices, aduocati & notarii nulli eorum officium suum impendant, alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Item clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta: nec elemosynas, aut oblationes eorum accipiant. Similiter Hospitalarij & Templarij, ac quilibet regulares: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ specialis. Item quicumque tales præsumpserint ecclesiastica tradere sepulture, & que ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententiæ subiicere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi proprijs manibus publice extulerint, & proiecerint huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuo careat sepultura. Item firmiter inuicem, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice, vel priuatim de fide catholica disputare; si qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Item si quis hæreticos seuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, eos studeat indicare confessori suo, vel alij per quem credat ad prælati sui notitiam peruenire, alioquin excommunicationis sententia percellatur. Filij autem hæreticorum, receptatorum, & defensorum eorum, vsque ad secundam generationem, ad nullam ecclesiasticum officium seu beneficium admittantur; quod si secus actum fuerit, decernimus irritum & inane. Datum Viterbij vj. Idus Nouembris. Pontificatus nostri Anno Nonno.

Edita anno Domini 1216.
Ex Archivio Inquisitionis Bononiensis.

† Hec distio quomodo accipi debeat docet Hostiensis c. Excommunicamus a. §. credentes.

† c. Si aduersus de hære.

† c. 2. §. 1. de heret. lib. 6. Eym. 3. p. 9. 40.

† Eym. par. 1. q. 101.

GREGORIVS IX.

Inquisitores idoneos iubet elegi, qui fidem prædicent, & tueantur: & cum socijs in hæreticos, ac de hæres. infamatos inquirant, & pœnitentes admittant: in receptatores, defensores & fautores hæreticorum iuxta lege in eos latus animaduertant: audientibus eorum conciones de fide habitas, vrginti dierum, expugnantibus hæreticos trium annorum indulgentiam largiantur, contradictores coerceant, quaestuarios compefcant per censuram ecclesiasticam.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Priori Prouinciali Fratrum ordinis Prædicatorum in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem. ILLE humani generis pernicax inimicus, omnium malorum incentor, quem de supermis ad ima, superbia sua prostrauit: non contentus quod suæ fraudis nequitia hominem perduxit ad casum, ærumnis & miserijs applicandum, callide eum nititur pestiferis retibus iretine; astute sibi parans insidias ne resurgat, locum à quo ceciderat obtenturus. Nouissime autem diebus istis, fidem nisi per fidem deperdit, deprauare per ministros suos iniquitatis operarios venena spargit mortifera: seditiose considerans, quod familiaris hostis sit efficax ad nocendum, qui quasi dulcia præmittentes cauda pungunt, vt scorpio, in aureo tandem calice Babylonis virus pestilentie infusuri. Licet enim hæretici hæctenus diutius latitantes, sicut cancer terparent in occulto, & velut vulpes latenter niterentur vineam Domini Sabaoth demoliri, iam tamen peccatis exigentibus, in aperto, quasi equi parati ad prælium, præsumunt manifeste insurgere contra eam, in qui-

Edita anno Domini 1238.

Ex Archivio Inquisitionis Bononiensis.

A 2 busdam

busdam locis publice prædicando, quærentes in cibum simplices, & in prædam edoctos; ac illaqueare nihilo minus fideles quoslibet suis circumventionibus cupientes, facti magistri erroris, qui nunquam fuerunt discipuli veritatis. Unde expedit, quod infurgant vtiliter contra eos, ut eorum omnino hæresi confutata, per totum vigeat fides Christi: nam corona sequetur præmij, tentationibus resistentes. Cum igitur dudum resplenderit in partibus Lombardiæ fida fides, ac per hoc formidemus ibi potius animalia venenosa, ne forte simplices ipsorum callidis seductionibus circumuenti, & astuti prauis circumventionibus periculose decepti in profundum deueniant peccatorum, sicque violatur ibidem fidei firmamentum; nos qui circa horam vndecimam; inter operarios, immo verius supra operarios vineæ Domini sumus à patrefamilias euangelico deputati; moti voce sponsi capere vulpes paruulas, quæ demoliri vineam Domini moluntur, & tacti dolore cordis intrinsecus, non valentes sustinere tantam contumeliam creatoris, ac volentes tot animarum periculis obuiare; discretionem tuam rogamus, monemus & hortamur attente; per Apostolicæ tibi scripta sub diuini obtestatione iudicij districtè præcipiendo mandantes, quatenus aliquos de fratribus tuis tibi commissis, in lege Domini eruditos, quos ad hoc idoneos esse noueris, ad partes tibi secundum tuum ordinem limitatas transmittas; qui cleris & populo conuocatis generalem prædicationem faciant vbi commodius viderint expedire: & adiunctis sibi discretis aliquibus ad hæc sollicitius exequenda, diligenti perquirant sollicitudine de hæreticis, & etiam infamatis; & si quos culpabiles, vel infamatos inuenerint, nisi examinati velint absolute mandatis Ecclesiæ obedire, procedant contra eos iuxta statuta nostra, contra hæreticos nouiter promulgata: in rezeptatores, defensores, & fautores hæreticorum secundum eadem statuta nihilominus processuri. Si vero aliqui hæretica labe penitus abiurata ad ecclesiasticam redire voluerint unitatem; ipsis iuxta formam Ecclesiæ beneficium absolutionis impendant, & iniungant eis; quod talibus consuevit iniungi. Attentius prouiduri, ne qui videntur reuerti, sub palliata specie pietatis impietatem committant, & angelus Satanae in angelum lucis se transformet. Propter quod statuta, quæ super hoc duximus promulganda, inspiciere poterunt, & ab eorum insidijs secundum discretionem eorum traditam à Domino præcauere. Ad hæc, ut super præmissis omnibus officium sibi commissum liberiorius possint & efficacius exercere, omnibus qui ad prædicationem eorum accesserint in singulis stationibus viginti dies: illis vero qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, in munitionibus & castellis, vel alijs contra ecclesiam rebellantes, ipsis ex animo auxiliium consilium præstiterint, vel fauorem, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate consilijs, tres annos de iniuncta sibi penitentia relaxamus. Et si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis omnium peccatorum, de quibus corde contriti, ac ore confessi sunt, plenam veniam indulgemus. Ne vero aliquid fratribus ipsis desit ad prædictum negotium profequendum, in contradictores & rebelles ecclesiasticam proferendi censuram tenore præsentium, liberam eis concedimus facultatem. Prædicatores quoque quatuordecim, & quorum interest charitativa tantum subsidia simpliciter petere, ac indulgentiam si quam forsitan habent exponere, à prædicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet, compescendi censura simili, eiusdem nihilominus licentiam indulgemus. Datum Viterbij xiiij. Calen. Iulij. Pontificatus nostri Anno Vndecimo.

† Ita in Archetypo, sed viriliter, credo legendum.

† Concillium Biterrense c. 1. Ey me. 3. pat. num. 48.

† Que continetur in bulla proxime præcedenti.

† e. Vt Officij & compescendi de here. in 6. Ey me. 3. pat. 9. 37

INNOCENTIVS III.

Illustri Regi Franciæ.

Cancelarius Parisiensis librum Talmudicum suis glossis publice fecit conuocari iubente Gregorio Papa Nono: id confirmat hic Innocentius III. additq; ut Rex ceteros libros inquirat, & comburat: prohibet ne Iudei nutrices, aut famulos Christianos habeant.

Edita anno Domini 1243.

Ex Regeſto Innocentij III.

Matth. 15. & Mat 7.



MPIA Iudæorum perfidia, de quorum cordibus propter immensitatem suorum scelerum Redemptor noster velamen non abstulit, sed in cecitate, quæ contigit ex parte in Israel adhuc manere permittit, prout conuenit, non attendens quæ ex sola misericordia pietas ipsos Christiana receperet, & cohabitationem illorum sustineat patienter, illa committit enormia; quæ stupori audientibus, & referentibus sunt horrori ipsi enim ingrati Domino Iesu Christo, qui conuersionem eorum ex longanimitatis affluentia patienter expectat, nullam prætententes verecundiam culpæ suæ, nec reuerentes honorem fidei Christianæ, omisſis seu contemptis lege Mosaica & prophetis, quasdam traditiones suorum seniorum sequuntur, super quibus eos in Euangelio Dominus obiurgat dicens: Quare vos transgredimini mandatum Dei, & irritum fecistis propter traditiones vestras, hominum doctrinas, & mandata docentes? In huiusmodi namque traditionibus, (quæ Talmud hebraice nuncupatur, & magnus liber est apud eos, excedens textum Bibliæ in immensum, in quo sunt blasphemix in Deum, & Christum eius, ac B. Virginem manifeste, intricabiles fabulæ, abusiones erroneæ, ac stultitiæ inauditæ) filios suos docent, ac nutriunt; & à legis & prophetarum doctri-